

etiam digna, ut per extensum hic inferatur; sonat ergo, ut sequitur.

18 Sedes Apostolica pia mater affidue sentiens ponderis sibi incumbentis in procuranda salute animarum, pretioso Christi Domini sanguine redemptarum, gravitatem & magnitudinem, in re tanti momenti, ut par est, magis in dies sollicita, eundemque optimum finem semper ante oculos propositum habens, nihil unquam intentatum pratermittit eorum, quae ad fideliu[m] animas in viam salutis dirigendas iudicari pertinet. Quare nemini mirum videri debet, si interdum quidem conuincium fidelium audaciam panarum severitate deterret. Rursus eisdem, si ad cor redire velint, & peccati veniam humiliter exposcere, maternum operit sinum, viamque ad penitentiam eis sternit facilitorem, ac mansuetudine congrua rigorem temperat, prout in Domino conspici salubriter expedire.

§. 1. Dudum siquidem fel. record. Sixtus Papa V. praedecessor noster, iustitia zelo accensus, contra procurantes abortum factus tam animati, quam inanimi, eiusque gravissimi sceleris participes & adiutores, nec non contra eos, qui mulierum fecunditatem impedirent, & sterilitatis potiones seu venena praebent, constitutionem edidit, sub dato 4. Kal. Novembris, Pontificatus sui anno tertio, per quam ultra diversas spirituales & temporales penas, etiam inter alia Excommunicationis sententiam contra eos promulgavit, sibi que Successoribus suis tantum absolventi facultatem reservavit, prout in eadem constitutione plenius continetur.

§. 2. Cum igitur postmodum experientia docuerit, ex remedio huiusmodi, non que sperabatur, utilitatem & fructum provenisse, verum potius multis satanae malitia ad peccandum indulsit, difficilius ab soli Sedi Apostolicae reservatam absolventi facultatem, reddito ad penitentiam aditu, eos a nefuriis huiusmodi flagitiis perpetrandis non solum non retraxisse, sed etiam plurimorum Sacrilegiorum, gravissimorumque peccatorum & scelerum occasionem dedisse. Nos propterea animadvertentes, gladium Ecclesiasticae disciplinae, praesertim quoad censuras & penas spirituales, ita exercendum esse, ut ad medicinam tendat, non ad perniciem animarum aeternumque Passorem, cuius vices in terris gerimus, quantum (divina eius gratia adiutrice) possumus, imitari volentes, qui venit animas hominum salvare non perdere, nemini que quantumcumque graviter & enormiter deliquerit, viam salutis praclusit, quin potius ad eam assequendam copiosa remedia adhibuit, ac nobis reliquit, & simul utilis censentes, ubi nec de homicidio, nec de animato factu agitur, penas non imponere duriores illis, quae per sacros Canones, & leges prophanas sunt infligite, habita super hoc cum Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, super negotiis & consultationibus Episcoporum deputatis, matura deliberatione, de eorum consilio, constitutionem praedictam sic duximus moderandam, ut a peccato, & excommunicatione contra personam ibi expressas lata, tam quoad eos, qui haec tenus deliquerunt, quam quoad illos, qui post nostram constitutionem in eisdem casibus deliquerint, quilibet Presbyter, tam secularis, quam cuiusvis Ordinis regularis ad Christi fidelium confessiones audientis, & ad hos casus specialiter per hoc Ordinarium deputatus, plenam & liberam in foro conscientiae tantum, absolventi habeat facultatem, eandem prorsus quam idem Sixtus V. praedecessor noster, sibi ac suis successoribus reservavit.

§. 3. Quod vero ad penas procurantium Abortum factus inanimis, aut exhibentium mulieribus, vel sumentium venena sterilitatis, aut quocumque modo

auxilium vel consilium eis dantium, in praedicta constitutione contentas, etiam in praesentem praesentem, in ea parte, ubi de his agit, ad terminos Iuris communis, ac sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini dispositionem, auctoritate Apostolica tenore praesentium, tam quoad praeterita, quam quoad futura, perpetuo reducimus, perinde ac si eadem constitutio in huiusmodi nunquam emanasset.

§. 4. Non obstantibus eadem Praedecessoris nostri constitutione, quam quoad reliqua omnia, praeter contenta in hac nostra constitutione in suo robore omnino permanere volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut praesentium transumptis, Notarii publici manu subscriptis, & sigillo Praelati Ecclesiastici munitis eadem prorsus fides habeatur, in iudicio & extra illud, quae eisdem originalibus haberetur exhibitis, vel offensis.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum moderationis, reductionis, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae in Monte Quirinali, Anno Incarnationis Dominicae 1591. prid. Kal. Junii Pontificatus nostri Anno 1.

Ex his itaque Bullis cum unanimi Doctorum 19 colliges, quod licet Gregorius XIV. penas à Sixto V. fulminatas contra procurantes Abortum factus inanimati, vel sterilitatem, & quocumque directam vel indirectam juvantes vel concurrentes ad id, re-duxerit ad terminos Iuris communis, tamen penas contra directam vel indirectam procurantes Abortum factus animati, omnes & singulos à Sixto V. statutas reliquerit in suo vigore.

Ut proin omnes, qui directam vel indirectam, per se vel per alium, quocumque modo procurant Abortum factus animati, vel ad id consilium vel auxilium praestant, aut favorem, imprimis incurant omnes penas ab utroque Jure contra Homicidas voluntarios statutas.

2. Contrahant Irregularitatem.
3. Sint privati omni privilegio Clericali.
4. Sint inhabiles ad omnia Officia & Beneficia tam simplicia, quam Curata.
6. Si Beneficium vel Officium jam habent, sint ipso facto privati, & tam ad idem, quam quodvis aliud perpetuo inhabiles.
7. Insuper, si Clericus est, debeat deponi & degradari, sicut degradatus tradi Curiae seculari puniendus iuxta Leges divinas, & humanas.

Et quidem, quod notandum, poena Irregularitatis, Excommunicationis, & inhabilitatis ad Beneficia obligant in Foro conscientiae ante omnem Iudicis sententiam, & quantumvis delictum sit occultum.

Poenam vero Privationis Beneficii prius habiti, 21 qui executionem externam requirit, ante sententiam Iudicis saltem declaratoriam Criminis non obligat, juxta dicta Lib. I. Tit. II. §. X. à num. 227. ut proin haec, sicut & Degradationis, & traditionis poena ad Curiam secularem, locum non habeat, quamdiu delictum manet occultum.

Circa Dispensationem, & Absolutionem ab his poenis id solum moderavit Gregorius XIV. quod ab Excommunicatione in Bulla prius strictissime reservata absolvi possit Episcopus, & quivis ab eo specialiter deputatus. Unde nec in Irregularitate, nec in privatione Beneficiorum, ac inhabilitate ad illa minime dispensare valet Episcopus, eo quod in lege Pontificis tanquam Superioris, ipse tanquam inferior, dispensare non possit.

possit; prout amplius dictum & probatum est Lib. I. Tit. II. §. XVIII. Hinc minime tura est doctrina P. Patrii Sporer, quam in Theolog. Sacrament. p. 4. cap. 4. n. 522. ad finem tradit, dicendo, Episcopum posse dispensare in poena privationis Beneficiorum, & inhabilitatis ad illa; qui aliis est, cap. 4. materiam de Abortu peregre pertractavit.

23 Nec in contrarium valet fundamentum à praedicto P. Sporer allatum, videlicet, Pontificem specialiter sibi non reservasse dictam inhabilitatem: Nam contra est; Tum quod in poenis à lege Pontificia impositis, solus Papa dispensare valeat, etiam eam dispensationem sibi specialiter non referret; hoc ipso, quod in lege Pontificis tanquam Superioris, nullas inferior dispensare possit; nisi id alicui specialiter, vel generaliter concedatur, quod non est in casu nostro. Tum quod Sixtus V. dispensationem suam Bullam impositis sibi universaliter expressè reservaverit ibid. §. 8. illis verbis: Ac tam absolventi, quam dispensandi facultatem etiam quoad forum conscientiae in casibus praesentibus expressis, nobis & Successoribus nostris reservamus.

24 Neque suffragatur in hoc Episcopis à Tridentino Sess. 24. de Reformat. cap. 6. quia ibi solum conceditur illis facultas dispensandi in irregularitatibus & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus (excepta quae provenit ex Homicidio) non item in aliis poenis lege Pontificia latis, ut patet legenti textum. Et quoniam Procuratio Abortus factus animati est etiam Homicidium voluntarium, neque in Irregularitate ex illo proveniente dispensare poterit Episcopus.

25 Inferret, quam infelices sint praesertim Clerici Abortum factus animati directam, vel indirectam procurantes, aut consilium vel auxilium quovis modo ad illum praebentes, sive sint Curati, sive simplices, sive Beneficium habeant, sive non: si enim nullum pro illo tempore adhuc habent Beneficium, nullum amplius acquirere valent, nisi dispensetur à Papa, quantumvis delictum sit occultum: si habent Beneficium, illud quidem ante sententiam criminis declaratoriam dimittere non tenentur, tamen ante eandem sententiam, & licet delictum sit occultum, sunt ipso facto irregulares; consequenter praeter alios irregularitatis effectus non amplius possunt celebrare Missas, quod tamen plurima Beneficis requirunt, ut proin saltem ex hoc capite ante omnem sententiam in Foro conscientiae teneantur dimittere Beneficia; quia obligationi vigore Beneficii impostae satisficere non amplius possunt, nisi à Papa dispensentur; quod difficillime, & non nisi urgentissimi de causis fieri potest, ut habet Bulla Sixtina cit. §. 8. circa finem.

26 Majorem & exactam discussionem de Abortu qui desiderat, legat citatum Patrum Sporer in Theolog. Sacrament. p. 4. cap. 4. per totum, ubi ex professo, & reverè egregie hanc materiam pertractat, si excipis id, quod supra num. 22. impugnavimus.

TITULUS XI.

De Infantibus, & Languidis expositis.

SUMMARIUM.

Ratio continuationis.

Reiffenstuel Jus Can. Tom. V.

2 Expofitio Infantium quid?

Infans qui dicatur? Ibid.

3 Expofitio Infantium ordinariè est graviter peccaminosa.

4 Est non fiat animo necandi Infantem, sed exponendi illum misericordiae aliorum.

5 Et avertendi propriam infamiam, honoremque suum tenendi.

Ubi iniusta est offensa, ibi iniusta est defensus. Ibidem.

6 An, & quando licitum fit exponere Infantem?

7 Parent in silva aut loco deserto exponens Infantem, poena mortis punitur, si infans ibi perit.

8 Quae poena, si ibi non perit, aut in via publica exponitur, & perit?

9 Quid si in via publica aut hospitali exponitur, & non perit?

10 Subinde Expofitio vacat culpa, & poena.

11 Parent exponens Infantem, perdit patriam potestatem.

12 In locis, ubi pro Expofitis specialiter erecta & fundata extant Orphanotrophia, aut hospitalia, haec tenentur affluere & alere Infantem: ubi vero non extat, tenetur ad id Ecclesia, vel Rector illius.

Ecclesia aurum habet non ut serviet, sed ut eroget, & subveniat necessitatibus. Ibid.

13 Dependentibus vero huius reddidit tenetur Communitas, & tandem singuli in solidum.

14 Assument, & educant Expofitum, non acquirunt ius in ejus personam.

15 Ita loca, aut Ecclesie Rectores, si Expofitum educant, non possunt amplius repetere expensas.

16 An, & quando alii Expofitum assumentes & alentes repetere valeant expensas? Et numero seq.

18 Educantes Expofitum succedunt ei ab instigato.

19 Parentes agnoscere, & assumere possunt filium, si ipsi invitati sunt ablati, & expofiti.

20 Expofiti habentur pro legitimis, & capacibus Ordinum, Beneficiorum, Officiorum etc. non tamen Canonicalium, & Dignitatum illarum, quae ex fundatione vel statuto requirunt Nobilitatem.

21 Quomodo per Languidas intelligantur?

22 Eorum Expofitio est graviter peccaminosa.

23 Si ab exponentibus sustentari valent.

24 Parentes, & Domini prolem, vel servum exponentes privantur patria, ac Dominica potestate. Et num. seq.

25 Dominus non tenetur ad magnas expensas pro cura famuli quae talis.

26 Bene verò quae proximi.

Pauper potest implorare Iudicem Ecclesiasticum contra quemvis divitem, ut sibi subveniat. Ibid.

27 De mercede famuli agroti. Remissivo.

Quia Parricidio propinqua, adeoque simplici homicidio peior est Expofitio Infantium, utpote quae vel mors Infantis per exponentem intenditur, vel per accidens non raro sequitur, adeo ut l. Necare. 4. ff. de Agnoscent. & alend. liber. expressè dicatur: Necare videtur non tantum is, qui partum praefocat, sed & is, qui abicit, & qui alimantiam denegat; & is qui publicis locis misericordiae causa exponit, quam ipse non habet: ideo post praecedentem Titulum, de hac Expofitione praesens rector ordinae prout Rubrica.

Quaeritur I. Quid ad praesens intelligatur per Expofitionem Infantium? An, & qualiter illicita? ac quibus sub poenis prohibita? Resp. I. Expofitio Infantium ad praesens est, & dicitur illa, quae vel proles

recens nata, vel saltem septennio minor (infra hanc enim etatem proles constituta, Infans dicitur, l. infanti, 18. ff. de iure delicti, ibi: infanti, id est, minori septem annis) exponitur, & derelinquitur ad hoc, ut vel omni alimento & auxilio destituta pereat, vel ab aliis alenda & educanda assumatur. Ita in re Communis, patebitque ex sequentibus.

Resp. II. Expositio Infantium ordinariè est gravior peccaminosa, non tantùm si fit, ut Infans pereat, sed etiam si fit, ut ab aliis alenda & educanda assumatur. Prima pars etiam omni controversiâ: quia talis facta Expositio vero homicidio æquiparatur. arg. cit. l. Necare. 4. ff. De liber. agnoscend. ff. alend. junctâ l. 2. C. h. t. & Novellâ 153. cap. 3. prout etiam tanquam homicidium puniatur, juxta dicenda infra nu. 7.

Alterâ pars docetur communi, & quasi unanimi Doctorum; quia etiam tali modo gravissimè prohibita est Expositio ab utroque Jure c. un. h. t. l. Necare. 4. ff. De agnoscend. ff. alend. liber. item l. 2. ff. 3. C. h. t. junctâ Novellâ 153. ubi in princ. Expositio infantium universaliter vocatur crimen à seipso humano alienum, & c. 1. ibid. ad finem. taliter Exponentes, peiores homicidiis pronuntiantur illis verbis: Qui omnia inhumanitate & crudelitate referti sunt, tantò deteriores homicidio pollutis, quanto calamitosioribus id inferunt. Ratio est; quia licet mortem proli non intendant, tamen quantum in ipsis est, eam occidere videntur, hoc ipso, quòd alimentis destitutam, periculo mortis exponant, ignari, num aliquis, qui prolem, antequam moriatur, assumat & alit, per Jura citata, & can. Pasce. 21. dist. 86. ff. can. fin. dist. 87.

Nec excusat à peccato parentem, si dicat, se non ex malevolentia erga prolem, sed ad declinandam infamiam exponere infantem; ad hanc autem declinandam, & propriam famam, aut honorem tuendum, prestat non modo proli, sed & propriam vitam periculo exponere, arg. l. Ipsi quidem. 8. §. 2. ff. Quod metus causa. Nam contra est, quòd fama & honor æquiparatur vitæ, ac propterea ad tuendum illum licet quidem propriam vel alienam vitam periculo exponere contra injuriam violatorem, seu si ab alio injustè invadatur, vel auferatur; nequiquam tamen alium occidere, vel periculo vitæ exponere potest, ob quem, aut intuitu cujus quis in fama & honore justè læditur, aut patitur, juxta illud vulgatum: Ubi iusta est Offensio, ibi iusta est Defensio. Consequenter, cum ad propositum nemo injustè violet famam, & honorem parentis, matris v. g. illicitè impregnate, sed ipsamet una cum corpore famam & honorem suum sponte prostituerit, hoc ipso, quòd prolem naturaliter nascituram, & inde infamiam suam orituram providere debuerit, ac propterea in fama meritò & justè patiatur, non potest ad eam tuendam contra tot leges exponere innocentem infantem periculo vitæ: Alias enim sequeretur, quòd ad famam tuendam posset quis etiam Abortum factus animati, sive inanimati procurare, & natum propriis manibus occidere; cum non referat, sive ferro, aut violentâ manu, sive fame, sive alimentorum subtractione infans occidatur, arg. cit. l. Necare. 4. ff. De agnoscend. ff. alend. liber. ff. l. 2. C. h. t. Novell. 153. cap. 1.

Dicitur autem notanter in Conclusionè ordinariè loquendo, nam dantur casus extraordinarii, in quibus Expositio Infantium culpa vacat, & pœnâ; si nempe parens ob summam egestatem, & pœnâ; si iustam causam alere non valens prolem, exponit illam in tali tempore & loco, ubi certum est,

prolem ab aliis statim assumendam, & educandam; nullumque interea mortis periculum fore; prout præcipue fieri potest in illis Civitatibus & locis, in quibus pro Expositis hujusmodi, specialiter erecta habentur Xenodochia, aut Orphanotrophia. Hujusmodi in casu Expositionem vacare culpâ, cum aliis docet Gonzalez in c. un. h. t. num. 10. in fine, Barbosa de Officio, ff. potest. Episc. Allegat. 51. numer. 147.

Quæritur II. Quibus pœnis subiacet Parens infantem exponens? Resp. I. Quamvis nonnulli cum Glossâ l. fin. C. de Patrib. qui filios dirax. universatiter & indistinctè velint Parentes, qui liberos exponunt, de Jure Civili pœnâ capitalis reos esse, tamen rectius cum distinctione dicitur, quòd Parens, qui per se vel per alium exponit infantem, in sylvâ, vel deserto, aut tali loco, vel modo, ut mortem illius prævidere prudenter debuerit, etiam non intendit (& multò magis si intendit) ipsaque mors sequatur, Jure Civili puniatur ultimo supplicio. Bartolus in l. Necare. 4. ff. De agnoscend. ff. alend. liber. Bossius Tit. de Homicidio. numer. 7. Christoph. Blumbacher Ad Constitut. Carolin. a. 132. num. 1. arg. cit. l. Necare. 4. ff. De agnoscend. ff. alend. liber. ff. Constitut. Criminal. Caroli V. art. 132.

Si autem Infans in præfato aliquo loco deserto exponitur quidem, sed vivus adhuc reperitur; vel si in loco, & viâ frequentat prætereuntem misericordie ac charitatis, aut in hospitali, vel Orphanotrophio in circumstantiis ex se periculo mortis carentibus exponitur, & tamen mortuus reperitur expositus Infans, fustigatio, aut aliâ pœnâ corporis afflictivâ plectendus videtur patens directe, aut indirectè exponens. Carpovius Pract. Criminal. p. 1. q. 10. n. 11. & desumitur ex cit. Constitut. Crimin. Caroli V. art. 132.

Si verò in via communi & publica, aut Ecclesiâ, vel Hospitali frequentatâ ita exponitur, ut nullum periculum mortis subit, indeque vivus & incolumis reperitur infans, relegatio, aut etiam mitiori aliâ pœnâ arbitrio Judicis sufficienter puniri Exponentem censet Monochius de Arbitrar. Judic. casu 396. n. 5. & satis clarè desumitur ex cit. Constitut. Crimin. Caroli V. art. 132.

Quòd si præter hæc accedat etiam talis egestas parentis, ut prolem alere nequeat, à culpa & pœnâ Civili immunis erit, præsertim in locis, ubi pro hujusmodi Expositis specialiter erecta habentur hospitalia, vel Orphanotrophia, juxta dicta numer. 6.

Resp. II. Parens directe, aut indirectè exponens infantem, aut Expositioni consentiens, vel factam ratihabens, ipso facto perdit patriam potestatem, nec jus nec nomen patris, vel matris amplius retinet, nisi in quantum infanti favorabile est, adeò ut expositus alimenta ab exponentibus parentibus semper prætereundè, & iis succedere valeat, non autem hi vicissim, ita clarè decisum habetur c. un. h. t. & l. 2. 3. ff. 4. C. eod. Ratio est; quia parens expositum filium censere habetur pro derelicto, l. fin. ff. pro derelicto: Nec enim suum quis dicere poterit, quem pereuntem contempseris, ut dicitur cit. l. 2. C. h. t.

Quæritur III. Quis alimentare & educare debet Infantes expositos, quorum parentes ignorantur? Et quid Juris aut oneris accrescat Expositum ex obligatione, vel charitate assumentibus, & educantibus? Resp. I. Si in aliquo loco extant Hospitalia, vel Orphanotrophia pro hujusmodi Expositis specialiter erecta, in his recipi, & ex redditibus illorum ali ac educari debent: Communis, & certa. Ratio patet; quia, ut supponi-

ponitur, ita exiget Fundatoris pia intentio, quam adimplere utique oportet; per Vulgaria Juris: Si verò hujusmodi pia loca alicubi non extant, & nullus de populo gratis & sponte assumere velit educandum Infantem, Ecclesiâ aut Rector illius, vel si hæc sufficientes redditus non habeat, Communitas, in qua tales Expositi inveniuntur, alimentare & educare debet Expositum. Barbosa in c. un. h. t. nu. 4. Surdus de Aliment. Tit. 1. quest. 9. Abbas in c. un. h. t. nu. 3. Pirhing h. t. nu. fin. Ratio de Ecclesiâ est, quia cum redditus Ecclesiastici sint patrimonium Christi & pauperum, procul dubio Ecclesiarum Rectores tali Exposito pauperulo aliis mediis destituito præ aliis tenentur de præfatis redditibus succurrere. Servic huc, quòd dicitur can. Aurum. 79. caus. 12. q. 2. ibi: Aurum Ecclesiâ habet, non ut seruet, sed ut erogat, & subveniat in necessitatibus.

Quoad Communitatem verò deficientibus Ecclesiæ redditibus, ratio est; quia juxta Unanimitatem omnes & singuli tenentur succurrere civis in extrema necessitate constituto, arg. can. Pasce. 21. dist. 36. Et quoniam nullus ab hac obligatione immunus est, æquum & justum est, ut tota Communitas ex negligentia vel malitiâ non faceret, quovis in solidum teneretur; quia quemlibet tenet gravis obligatio juvandi proximum in extrema necessitate constitutum; prout amplius Theologi.

Resp. II. Qui expositum Infantem assumunt & alunt, nullum propterea acquirunt jus, aut potestatem in ejus personam. Ita clarè statuitur c. un. h. t. ibi: Sanè qui hos suscipiunt, non possunt propter hoc in eorum personis jus aliquod vindicare. Concordat l. Sancimus. 3. C. eod. ubi Conclusio magis declaratur & rationibus firmatur, præcipue verò ne infans, qui non peccavit, servituti subiciatur, & privetur libertate, que summè favorabilis est. §. 1. Instit. de Jure person.

Resp. III. Si Expositum suscipit, ac sustentavit Ecclesiâ, aut Hospitali, Episcopus, ac alius Rector Ecclesiæ, vel aliquis ad hunc finem erectus locus, non possunt expensæ in alimenta & educationem Expositi factæ repeti. Azorius part. 2. Institut. lib. 2. cap. 26. quest. 1. Pirhing h. t. cum Communi. Ratio est; quia ex pietate & misericordia, aut ex officio fieri debuerit, & censetur factæ, arg. can. Sacrorum. 15. can. 12. quest. 2.

Si verò ab extraneo aliquo Expositus, susceptus & educatus fuit; habet is jus repetendi expensâ à parente exponente. Barbosa in c. un. h. t. nu. 8. Stephan. Gratian. Discept. forens. cap. 267. nu. 41. Pirhing h. t. arg. l. 1. C. h. t. ff. l. Patrem. 16. C. de Nuptiis. Ratio est; quia licet etiam talis suscipiens, actum misericordie erga Expositum exercere intenderit, tamen non præsumitur nefario parenti beneficium præstare, aut in ejus gratiam infantem educare; consequenter alimentorum & educationis expensâ repetere potest, quas parens Jure naturali & divino facere tenebatur.

Quòd si tamen ex circumstantiis personæ suscipientis Expositum, vel aliis conjecturis prudenter præsumi possit, illum ex mera charitate, misericordia, & liberalitate, sine ulla reflexione aliquando repetendi expensâ, infantem assumptis (ut si sanguine junctus, vel valde dives, aut liberalis & virtuosus id factus) repetitioni locus non amplius fore; nisi ab initio protestatus esset, se velle sibi restituere. Pirhing h. t. Ratio est; quia quod merè gratis tribuitur, repeti amplius Reiffenschuel Jus Can. Tom. V.

nequit. arg. l. fin. De revocand. Donat. Resp. IV. Quicumque Expositum infantem assumunt, & educant, id Juri acquirunt, quòd eidem (exclusis Fisco, parentibus consanguineis tanquam indignis) ab intestato succedant, si absque Descendentibus decedens bona temporalia reliquit. Særdus de Aliment. Tit. 16. q. 18. n. 19. Engel h. t. n. 4. arg. Novell. 115. cap. 3.

Resp. V. Quamvis parentes infantem exponentes illum repetere amplius nequeant, sed is statim fiat sui Juris, & liberetur à patria potestate, in quantum sibi favorabile, juxta dicta numer. 11. Si tamen ipsis ignorantibus, aut invitis infans ablatu, & expositus fuisset, eum pro suo agnoscere, & sibi iterum, ubicunque existat, assumere valent. Barbosa in c. un. h. t. n. 6. cum communi, & certa aliorum. Ratio est; quia cum in tali casu parentes omni culpa vacent, retinent jus & patriam potestatem ad filium.

Quæritur IV. Utrum Infantes expositi habendi sint pro legitimis? Resp. Affirmativè. Patet Conclusio ex dictis Lib. IV. Tit. XVII. qui filii sint legitimi, à num. 14. Quibus addè, quòd licet propterea capaces sint Ordinum, Beneficiorum, Dignitatum, Officiorum, arrium &c. tamen capaces non sint Canoniciatum, Dignitatum, & Officiorum illorum, que ex Fundatione, aut Statuto sequuntur Nobilitatem: Tum quia licet præsumantur qualitates, que sunt necessarie ad excludendum peccatum, vel committere infans; tamen non præsumuntur aliæ qualitates, præsertim ex Fundatione, aut Statuto requisitæ. Barbosa h. t. Gonzalez eod. n. 8. & alii.

Quæritur V. Quid intelligatur per Languidos? & quid Juris de Languidis expositis? Resp. I. Per Languidos ad propositum intelliguntur omnes illi, qui gravi, & diuturnâ, præsertim verò perpetuâ, & incurabili detinentur infirmitate, per quam ad labores, & quæcumque negotia, aut res gerendas inhabiles existunt. Barbosa in c. un. h. t. Pirhing h. t. n. 3. arg. l. Morbus 113. ff. de V. S. patetque ex illo Joannis cap. 5. ibi: respondit ei Languidus; & Matth. 4. curavit languidos eorum.

Resp. II. Sicut Infantium, ita & Languidorum quorumcumque, & cujuscumque ætatis existant, est gravior prohibita, indeque gravior peccaminosa, expositio, si ab exponentibus Languidi sustentari, & alii valent. Est communis, arg. c. un. h. t. l. Sancimus 3. & l. fin. C. eod. Ratio est; quia quantum in ipsis est, occidere videntur Languidos, arg. can. Pasce 21. dist. 86.

Dicitur autem notanter: Si ab exponentibus Languidi sustentari, & alii valent; Nam si ob inopiam hoc præstare nequeant, à culpa immunes sunt si aliorum pietati eos exponunt, sicut supra n. 6. de expositione Infantium diximus.

Resp. III. Si Domini servum languidum, aut parentes prolem septem annis majorem languidam culpabiliter exponunt, privantur patriâ, & dominicâ potestate, ita ut proles fiat sui Juris, & servus acquirat plenam libertatem. Omnes claris Juribus, cit. c. un. h. t. l. Sancimus. 3. ff. l. fin. C. eodem.

Inferunt: parentes duplici viâ ad propositum privari patriâ potestate, videlicet primo, si infantem sive sanum, sive languidum, & secundo si prolem septennio majorem, languidam tamen exponunt: Non item si prolem sanam septennio majorem exponunt, ut post Abbatem h. t. nu. 2. bene advertit Pirhing. h. t. n. 3.

Quæritur VI. An, & qualiter teneatur Dominus de necessaria cura, & alimentis providere famulo ægrotanti? Resp. I. Dominum non teneri V. 3 ad

